LEONARDUS HUNTPICHLER

Österreich (Wien), 1469-1470 Seite 60r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5349
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

et sic infernus frequenter appellatur gehenna
ignis Unde beatus Gregorius in 4° dialogorum Gregorius
Unus quidem gehenne ignis credendus est
sed non uno modo cruciat omnes peccatores uni-
cuique enim quantum exigit culpa tantum illic
sentiet de pena Item ysidorus in libro de sum- ysidorus
mo bono capitulo viii Ignis gehenne et luce-
bit miseris ad augmentum pene ut videat
unde doleat et non lucebit ad consolacionem
ne videat unde gaudeat Item ibidem z 8.
In gehenna duplex est dampnatorum pena:
quorum mentem affligit tristicia . et corpus
comburit flamma. Ignis iste gehenalis in-
effabiliter cruciat peccatores . de quibus sic
dicitur in psalmo Cadent super eos carbones in ignem psalmus
deicies eos et in miseriis non subsistent .
Item Dominus in ira sua conturbabit eos et de-
uorabit eos ignis Quapropter scribitur ysa- ysa ix
ie ix. Erit populus quasi esca ignis Unde propheta
dicit Ezechiel 21 Ignis eris cibus Item Je- Ezech.
remie xv. Ait Dominus ad dampnatos Ignis Jeremie
succensus est in furore meo et super vos ar-
debit Iste ignis taliter inflammatus est et ab